



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad  
proxim accommodatas

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

Quæstio 26. Parochi assistentia in partibus hæreticorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40873**

Pars 3. tr. 6. Resolutiones practicæ ad Eccl. 575  
ro infideli: & confirmatur in facto Judithæ,  
quæ ut populum suum salvaret se suamque ca-  
stitatem periculo exposuit, ut fatentur plures.  
Interpretes cum S. Ambrosio lib. 3. de offic. cap.  
12. Non exponit (inquit) mortis periculum, sed nec pu-  
doris, quod est gravius bonis feminis. Ita etiam sentit  
Lugo de fide d. 22. f. 2. n. 22. Diana p. 3. tr. 4.  
ref. 269.

Respondeo ad secundum. In casu prædictæ  
resolutionis petendam esse dispensationem, ut  
tollatur prohibitio legis Ecclesiasticae. Ubi no-  
tat Pontius cum Lugo, & Salas disp. 20. de leg.  
5.7. n. 74. aliquando ex tali connubio posse tot &  
tanta bona provenire, ut non solum possit, sed  
etiam debeat dispensatio concedi.

## QUÆSTIO XXVI.

A N Parochus absque peccato possit assistere  
matrimonio, quod sine iusta causa contra-  
hitur cum persona hæretica?

Negat Serrarius de matrim. cum hæret. cap. 3.  
n. 121. id fieri posse absque peccato, nisi perfo-  
na hæretica conversionem promittat. Quia ex-  
istimat Parochum per hoc cooperari matrimo-  
nio illico Catholici cum hæretico, ex eo quod  
eius præsentia reddat habiles ad contrahendum,  
qui sine ea post Tridentinum habiles non essent.  
ac proinde cum peccent contrahentes; assistere  
eorum matrimonio aliud non esse quam eorum  
peccato cooperari.

R Espondeo tamen, Parochum ex causa posse  
absq; peccato eiusmodi assistentiam præbe-  
re. Et probo, contra Serrarium, Parochū per hoc  
contrahentium peccato non cooperari. Quia ille  
non assistit matrimonio tanquam minister, sed

t22-

576 Pars 3. tract. 6. Resolutiones practica ad Et.  
tanquam testis qualificatus ut contractus ille  
debitè ineatur : sicut ergo (ut admittit Serrar.)  
alij testes absque peccato tali matrimonio  
assistunt , idem de Parocho admittendum est :  
tam enim Parochus quam testes reddunt con-  
trahentes habiles ad matrimonium ; quia neque  
Parochus sine testibus, neque testes sine Parocho  
sufficerent.

Probatur secundò : Quia Parochus in hoc ca-  
su non assistit actui de se malo , sed quem con-  
trahentes , si vellet una pars converti , possint  
licitè & honestè exercere : atqui , ex principio  
paßim recepto , dum peto actum , vel assisto  
actui alterius , quem posset rite praestare , & ex  
sua culpa exercet illicitè , non dicor ego eius pec-  
cato cooperari , &c , si adsit causa petendi illum  
actum , debeo judicari à culpa immunis ; uti  
omnes admittunt dum urgente causâ petitur  
communicato , aut domus meretrici elocatur.  
Ergo idem de assistentia Parochi ad nuptias , cul-  
pâ contrahentium illicitè initas , judicandum  
erit. Et ita , cum aliis quos citat , docet Basili-  
Pontius in append. cap. 9. §. 1. n. 3. Addo tamen,  
nisi talis assistentia aliunde , v. g. ex superiorum  
decreto , alicubi prohibeatur.

QUÆSTIO XXVII. Proclamations in  
Templo hæretico.

A N Proclamations , quæ matrimonio pre-  
mitti debent , fieri possint in templo hæ-  
ticorum ?

R Epondeo affirmativè , si nullum inde Ca-  
tholicis scandalum oriatur : & ita resolu-  
tus in Acta v. hæret. cas. 24. Quia per has  
procla-